

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5120

**Auteur(s) :** Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Guillaume II, Caen, Saint-Étienne (abbé)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1177, 24 janvier

**Lieu d'émission :** Siponto

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits de l'abbaye Saint-Étienne de Caen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 166, p. 257-260.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2<sup>e</sup>éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 12769, t. 2, p. 302.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Willielmo abbati monasterii sancti Stephani Cadomensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. Statuentes, ut quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : burgum cenobii cum ecclesia sancti Nicolai in eadem uilla, Villarium cum ecclesia eiusdem uille et duas partes omnium decimarum terrarum, que sunt de feudo uestro per totum territorium Cadomi et Villarii, Breteuilla Lorguliuse cum ecclesia eiusdem uille et ceteris pertinentiis suis, ecclesiam infirmorum sancte Trinitatis cum pertinentiis suis, ecclesiam de Walmereto cum pertinentiis suis et aliis, que ibidem possidetis, beneficium, quod habetis in ecclesia de Billeto, et alia, que in eodem loco habetis, Foloniam et ecclesiam eiusdem uille cum pertinentiis suis, ecclesiam de Alneto et totam decimam ipsius parrochie, manerium de Alemania et duas ecclesias eiusdem manerii cum decimis et ceteris pertinentiis suis, uillam et ecclesiam de Itio cum Brachio et capella eiusdem uille et ceteris pertinentiis suis, Caburgum et ecclesiam eiusdem loci et Burgum Dyue cum capella eiusdem loci et ceteris pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie de Buissun iuxta M(e)remuillam cum parte eiusdem uille de Buissun, Tortamuallem cum ecclesia eiusdem loci et ceteris pertinentiis suis, uillam de Ros cum omnibus pertinentiis suis, excepta ecclesia eiusdem, uillam de Ceusio cum ecclesia eiusdem uille et ceteris pertinentiis suis, totam terram, quam Aulo dedit Beatrici filie sue, in Uenuncio duodecim iugera terre, que emit abbas Lanfrancus in eodem Uenuncio, et quascumque alias possessiones ibidem habetis, prata, que emit idem abbas a Guillelmo de Curcella de feudo monasterii uestri, duo molendina in maiori burgo Cadomi, uineam cum domo uinitoris in Baucuto et omnes alias possessiones, quas habetis in eadem uilla et in pertinentiis suis,

terram, quam habetis in Ruscauilla, et totam decimam eiusdem terre, terram, quam possidetis in Curleio cum decima eiusdem terre, molendinum super Leisan cum dimidia acra terre et insula modica, quicquid habetis in Francauilla, in Curleio et in Graiuilla, terram quoque de Maladaria Balta cum eiusdem uille ecclesiis, Le Freisne et totam terram, que fuit Rogerii Calui de Bretheuilla super Leisan cum decimis et parte ecclesie ad ipsam terram pertinente, Vem et piscarias ad eam pertinentes, sanctum Leonardum cum pertinenciis suis, Trum et Basseriam cum pertinenciis suis, Huteuillam, Moal et Staueals, possessiones, quas habetis in Quilleio et in Maisnillo de Guesberuilla, possessiones, quas habetis in Staruilla, et eas, quas in Taissel possidetis, ecclesiam de Buisseel cum decimis et omnibus pertinenciis suis, censum etiam et omnem consuetudinem omnium domorum ad Baiocensis ecclesie ius pertinencium, que in burgo monasterii uestri site sunt, ad hec decem sextaria bladi, quatuor frumenti, tria ordei et tria auene, que habetis de decima sancti Wandregisili apud Chez annuatim ex donacione Odeline nobilis matrone, ecclesiam quoque de Bineuilla cum decimis et omnibus pertinenciis suis, duas partes decime ecclesie de Bosuilla, possessiones, quas habetis in uilla de Caron et in Geneteio, omnes possessiones, quas habetis in Rothomago et Bapalmis, mercatum quoque et nundinas de Ceus, apud Cadomum nundinas infra leugam et nundinas ibidem ad festum beati Stefani, dimidiam acram terre, quam Rogerius filius Bersat monasterio uestro contulit, terram Limet in Billeto et Walmereto, quam Lanfrancus abbas emit, et terram, quam habetis in M(e)reuilla, cum terra, quam possidetis in Siccauilla, terram de Gruceio et terram, quam habetis in Cantapia, ecclesiam de Condeio cum pertinenciis suis, terram de Nihals, possessiones, quas habetis in Baioco et circa, ecclesiam de Locellis cum pertinenciis suis et aliis possessionibus, quas in eadem uilla habetis, beneficium, quod habetis in ecclesia de sancta Cruce cum aliis, que ibidem possidetis, possessiones, quas habetis in Lu, in Amblia, in Columbeia et in Petraponte, ecclesiam de Seduans, decimam totam parrochie capellani sancti Laurencii cum omni elemosina ad eam pertinente, ecclesiam de Moam et totam decimam cum pertinenciis suis, ecclesiam de Siccauilla cum decimis, excepta decima de feudo abbatis Fiscanensis, ecclesiam sancti Michaelis de Uacellis et dimidiam decimam eiusdem ecclesie preter uiginti solidos Andegauenses, quos recipit abbatissa Cadomensis annuatim per manum uestram, duas partes decimarum de Rosel de feudo comitis Cestrie, duas partes decime de feudo Hugonis Paganelli et de feudo aliorum duorum in Fonteneto Paganelli, duas partes decime, quas habetis apud Herouillam in territorio Cadomi de feudo Tallebois, duas partes decime de feudo Roberti de Tresgoz apud Broi, duas partes decime de feudo uestro in Burgauilla et duas partes decime centum acrarum terre, quam tenuit Herbertus de Harreio de feudo Willelmi Patricii apud Bogeyum, et duas partes decime septuaginta acrarum terre, quam tenuit Robertus Lafacte de tribus montibus in eadem uilla de feudo comitis Glocestrie, et totam decimam, quam habuit Eudo de Conde in Bolgeio, decimam apud Mundreuillam, pro qua canonici de Pleseio uobis tres minas ordei tenentur soluere annuatim, beneficium, quod habetis in ecclesia sancti Martini de Garsala, ecclesiam de Meltiz cum capella de Du(n)uilla, decimam, quam habetis apud Picheuillam, et possessiones, quas habetis apud Maisnil Herpin et apud Cleis, preterea ecclesiam sancti Nicolai de Bosco Balduini cum pertinenciis suis, ecclesiam de Maisnil Fulcheram cum pertinenciis suis, Cleuillam cum ecclesia eiusdem loci, ecclesiam sancte Marie de Lawimara, ecclesiam de Longocampo cum decimis et possessionibus, quas in eadem uilla possidetis, sanctum Albertum et ecclesiam eiusdem loci, ecclesiam de Widefontania cum pertinenciis suis ; in Anglia Frontonam cum ecclesia et pertinenciis suis, apud He(n)ret septem hidas terre et dimidiam apud Dorsetam, Bride(n)tonam, Biencome et ecclesiam, Winterburnam cum ecclesia et pertinenciis suis, Bectescy(m)be cum ecclesia et pertinenciis suis, Wellam cum pertinenciis suis, ecclesiam sancti Nicolai de Samtona et quicquid habetis in Penfelda, possessiones, quas habetis in ciuitate Lundoniarum, ecclesiam de Mortona cum pertinenciis suis. Nichilominus etiam omnes antiquas et rationabiles consuetudines, libertates et immunitates, quas rex Willelmus monasterii uestri fundator et tam primus quam secundus Henricus Anglorum reges necnon etiam comites, barones, clerici, milites seu alii Dei fideles monasterio uestro contulerunt, sicut in autenticis scriptis ipsorum continetur et uos eas rationabiliter habetis, uobis et monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et in prescriptis ecclesiis et capellis diocesanorum episcoporum canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen.

R. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus. BV.

Ego Gualterius Albanensis episcopus.

Ego Guilielmus Portuensis et sancte Rufine episcopus.

Ego Manfredus Prenestinus episcopus.

Ego Iohannes presb. card. tit. sancte Anastasie.

Ego Boso presb. card. sancte Pudenciane tit. Pastoris.

Ego Theodinus presb. card. sancti Uitalis tit. Uestine.

Ego Petrus presb. card. tit. sancte Susanne.

Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmidin.

Ego Cinthys diac. card. sancti Adriani.

Ego Hugo diac. card. sancti Eustacii iuxta templum Agrippe.

Ego Laborans diac. card. sancte Marie in porticu.

Dat. Sipont. per manum Graciani sancte Romane ecclesie subdiaconi non. kal. febr., indictione Xa, incarnationis dominice anno M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LXXVII<sup>o</sup>, pontificatus uero domni Alexandri pape III anno octauo decimo.